



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXVI. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Neu-Landsberg ein wüstes
Dorf, am 2. März 1345.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXVI. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Neu-Landsberg ein wüſtes Dorf,
am 2. März 1345.

Ludowicus etc. Discretis viris conſulibus totique communitati ciuitatis noue Landesberg etc. De eo, quod graua et intolerabilia periculorum diſpendia, que per ignis voragine nouiter eſtis perpeſſi, vobis veſtreque ciuitati predictæ in reſuſionem ſeu reſtaurationem dampnorum, que occasione huiusmodi voraginis incurriſtis, de mera mentis noſtre liberalitate aream ſiue locum ville iam deſerte damus, donamus et tenore preſentium appropriamus cum omni iure liberaliter, videlicet agris, pratis ſpecialibus, paſcuis, lignis, rubetis, aquis et paludibus dicte ville ex debito iure vel antiqua conſuetudine pertinentibus, nec non cum ſingulis et vniuerſis ſuis pertinentiis, quocunque nomine nuncupantur, perpetuis temporibus pacifice pertinendum. Renunciantes etc. Si quoque cuiquam in eadem quidpiam impetitionis ſeu actionis competeret, id ipſam componere debebitis ſecundum iuris exigentiam vel amorem. Datum ut ſupra (Soldin, Anno MCCCXLV, feria III^a ante Letare).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).

XXVII. Markgraf Ludwig ſchenkt der von Brandſchaden heimgeſuchten Stadt Neu-Landsberg das wüſte Dorf Dechſel, am 3. März 1345.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Luſatie Marchio — Discretis viris conſulibus et vniuerſitati ciuitatis noue Landſpergk, fidelibus ſincere ſibi dilectis, gratiam ſuam et omne bonum. De eo, quod graua et intolerabilia periculorum diſpendia, que per ignis voragine nouiter eſtis perpeſſi, vobis veſtreque ciuitati predictæ in reſuſionem ſeu reſtaurationem dampnorum, in que occasione huiusmodi voraginis incidiftis, de mera noſtra liberalitate aream ſiue locum ville Deſſen iam deſerte damus, donamus et tenore preſentium appropriamus cum omni iure liberaliter, videlicet agris, pratis, paſcuis, lignis, rubetis, aquis et paludibus dicte ville ex debito iure et antiqua conſuetudine pertinentibus, nec non cum ſingulis et vniuerſis ſuis pertinentiis, quocunque nomine nuncupantur, perpetuis temporibus pacifice pertinentis. Renunciantes omni iuri actionique, quod vel que nobis, noſtris heredibus et ſucceſſoribus in ſepredicta villa competunt ac competere poterunt aliquo modo in futuro. Si quoque cuique in eadem quidpiam impetitionis ſeu actionis competeret, id ipſum componere debebitis ſecundum iuris exigentiam vel amoris. In cuius teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Teſtes vero ſunt ſtrenui viri Albertus de Wolueſhagen, Hele, Marſchalcus, Alemanus de Degenbergk, milites, Haſſo ſenior de Wedel, Gerke Wolff cum ceteris pluribus fidedignis. Actum et Datum Tancko, Anno domini M^o. CCCXLV., feria quinta ante Letare.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XVI.